

4^o Excellentias Christi; ut hominis; vide v. 18; 19; 20. Vide et hâdem observaciones dogmaticas et morales, ut relativas Christi dignitates agnoscat, cisque ad unum profectum utitur. Hâdem attende ad nostræ per Christum reconciliationis modum; ut illæ mirabili tuâ reconciliatione frequenter utaris, Christi pas-

CAPUT II.

1. Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeant pro vobis, et pro illis qui sunt Laodicæ; et quicumque non viderunt faciem meam in carne:

2. Ut consolentur corda ipsorum; instructi in charitate, et in omnes divitiis plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Patris et Christi Jesu:

3. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi.

4. Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in subtilitate sermonum.

5. Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum; gaudens, et videns ordinem vestrum, et firmamentum ejus, quæ in Christo est, fidei vestræ.

6. Sicut ergo accepisti Jesum Christum Dominum, in ipso ambulatè,

7. Radicanti, et superadificanti in ipso, et confirmati fide, sicut et didicistis; abundantes in illo in gratiarum actione.

8. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, et inanem fallaciam; secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi; et non secundum Christum:

9. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter;

10. Et estis illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis:

11. In quo et circumcisi estis circumcisione non manu facta in expolatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi.

12. Consepulti estis in baptismo, in quo et resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis.

13. Et vos, cum mortui essetis in delictis, et præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta:

14. Delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio, abigens illum cruci.

15. Et expolians principatus, et potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.

16. Nemo ergo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenia, aut sabbatorum:

17. Quæ sunt umbra futurorum: corpus autem Christi.

18. Nemo vos seducat, volens in humilitate, et religione angelorum, quæ non vidit, ambulans, frustratus sensu carnis suæ,

sionem et mortem pro tuis peccatis offerens Deo, v. 20.

5^o Quod, et quare nobis in passionibus nostris sit gaudendum; vide v. 24, et observationem moralem.

6^o Omnis Ecclesie minister agnoscat ministerii sui partes; videatque num illas replet, v. 25, 26, 27, 28, 29. Vide observationem moralem.

CHAPITRE II.

1. Car je suis bien aise que vous sachiez combien est grande l'affection, et le soin que j'ai pour vous, pour ceux qui sont à Laodicæ; et pour tous ceux qui ne me connaissent point de visage; et qui ne m'ont jamais vu.

2. Afin que leurs cœurs soient consolés, et qu'étant unis ensemble par la charité, ils soient remplis de toutes les richesses d'une parfaite intelligence; pour connaître le mystère de Dieu le Père et de Jésus-Christ.

3. En qui tous les trésors de la sagesse et de la science sont renfermés.

4. Or je dis ceci afin que personne ne vous trompe par des discours subtils et élevés.

5. Car, quoique je sois absent de corps, je suis néanmoins avec vous en esprit, voyant avec joie l'ordre qui se garde parmi vous; et la solidité de votre foi en Jésus-Christ.

6. Continuez donc à vivre en Jésus-Christ notre Seigneur, selon l'instruction que vous en avez reçue.

7. Étant attachés à lui comme à votre racine, et édifiés sur lui comme sur votre fondement, vous affermissant dans la foi qui vous a été enseignée, croyant de plus en plus en Jésus-Christ par de continuelles actions de grâces.

8. Prenez garde que personne ne vous surprenne par la philosophie et par des raisonnements vains et trompeurs, qui ne sont fondés que sur les traditions des hommes, et sur les principes d'une science mondaine, et non sur la doctrine de Jésus-Christ;

9. Car c'est en lui que la plénitude de la divinité habite corporellement.

10. Et c'est en lui que vous en êtes remplis; lui qui est le chef de toute principauté et de toute puissance;

11. Et c'est en lui aussi que vous avez été circoncis d'une circoncision qui n'est pas faite par la main des hommes, mais qui consiste dans le dépeuplement du corps des péchés que produit la concupiscence charnelle, c'est-à-dire, de la circoncision de Jésus-Christ.

12. C'est encore avec lui que vous avez été ensevelis par le baptême, et avec lui que vous êtes ressuscités, par la foi que vous avez eue que Dieu l'a ressuscité d'entre les morts par l'efficacité de sa puissance.

13. Car lorsque vous étiez dans la mort de vos péchés, et dans l'incircision de votre chair, Jésus-Christ vous a fait revivre avec lui, vous pardonnant tous vos péchés.

14. Il a effacé la cédule qui nous écrivait contraire, il a entièrement aboli le décret de notre condamnation, en l'attachant à sa croix;

15. Et ayant désarmé les principautés et les puissances, il les a menées hautement en triomphe, à la face de tout le monde, après les avoir vaincues en lui-même.

16. Que personne donc ne vous condamne pour le manger et pour le boire, ou sur le sujet des jours de fêtes, des nouvelles lunes, et des jours de sabbat;

17. Puisque toutes ces choses n'ont été que l'ombre de celles qui devaient arriver, et que Jésus-Christ en est le corps et la vérité.

18. Que personne ne vous séduise en affectant de paraître humble, par un culte superstitieux des anges, se méfiant de parler des choses qu'il ne sait point, étant enflé par les vaines imaginations d'un esprit humain et charnel.

19. Et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum et constructum, crescit in augmentum Dei.

20. Si ergo mortui esis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc tanquam viventes in mundo decernitis?

21. Ne tegeritis, neque gustaveritis, neque co-trectaveritis;

22. Quæ sunt omnia in interitum ipso usu, secundum præcepta et doctrinas hominum;

23. Quæ sunt rationem quidem habentia sapientia in superpositione et humilitate, et non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad satoritatem carnis.

ANALYSIS.

1^o *Suum Paulus pro Colossensibus sollicitudinem, et hujus suæ sollicitudinis finem declarat; scilicet ut solutum habeant, charitatis compaginati, et plene instructi in mysterio Christi, in quo sunt omnes thesauri scientiæ et sapientiæ Dei, v. 1, 2, 3. Hæc eadem sollicitudine monet eos ut sibi caveant ab imposturis pseudo-apostolorum; hortatur autem ut in Christo radicati et firmati crederent, et proficiant in accepta fide, v. 4, 5, 6, 7.*

2^o *Monet spectatim ut caveant à Simonianis, Gnosticis, et aliis, qui per vanæ philosophiæ fallacias conantur eos decipere. A Christo Deo, veritatis fonte, omni scientiâ ad salutem necessariâ repleti estis; cur vanos auditis philosophos? v. 8, 9, 10.*

3^o *Contra judaizantes verò, circumcisionem et alia legalia deprædicantes, monet Colossenses quod in Christo circumcisi sunt, non carne, sed spiritu; quando per*

PARAPHRASIS.

1. Etenim velim ut sciatis qualiter et quantum anxius et sollicitus sum pro vobis, et pro Laodicensibus, et pro cæteris, qui æquæ ac vos faciem meam nunquam viderunt.

2. Nec est autem anxietatis, et meorum pro vobis et illis laborum, finis, ut solidum in Domino solutum habeatis, ut charitatis vinculo cretibus inter vos compaginemini, ut plene et perfecte sitis intelligentes, et persuasus circa ea quæ pertinent ad cognitionem Dei unitas et trius, et mysterii incarnationis Domini nostri Jesu Christi.

3. In quo Christo, homine Deo, absidit continentur omnes thesauri sapientiæ et scientiæ.

4. Hoc autem dico de tantâ Christi sapientiâ et scientiâ dico, propterea dico, ut maxime caveatis ne quis artibus humanis instructis vobis imponat falsis sermonibus, sed speciosis, et ad persuadendum compositis.

5. Hanc de vobis curam gero: quamvis enim corpore absim à vobis, mentè tamen et corde vobiscum sum; et gaudeo videns omnia bene et ordinate apud vos agi, vidensque firmitatem et constantiam fidei vestræ in Jesum Christum.

6. Quenadmodum ergo Christum Christique do-

19. Et ne demouant pas attaché à celui qui est la tête, et le chef duquel tout le corps, recevant l'influence par les vaisseaux qui en joignent et tient toutes les parties, s'entretient et s'accroît par l'accroissement que Dieu lui donne.

20. Si donc vous êtes morts avec Jésus-Christ à ces premières et plus grossières instructions que Dieu a données au monde, comment vous laissez-vous imposer des lois, comme si vous viviez dans ce premier état du monde?

21. Ne mangez pas, vous dit-on, d'une telle chose; ne touchez pas de ceci, ne touchez pas à cela.

22. Cependant ce sont des choses qui périssent toutes par l'usage qu'on en fait, et en quoi vous ne surviez que les préceptes et les ordonnances des hommes.

23. On ont quelque apparence de sagesse dans leur superstition et leur humilité affectée, dans le rigoureux traitement qu'ils font au corps, et dans le peu de soin qu'ils prennent de rassasier la chair.

ANALYSIS.

baptismum cum Christo consepulti fuerunt et à mortuis suscitati, v. 11, 12.

4^o *A baptismo, qui fit in sanguine Christi, ad cruentum Christi sacrificium accedens, Colossensibus et aliis Christianis representant hujus sacrificii effectus: omnia nostra peccata sunt condonata; noster nobis æternæ reatus remissus; chirographum laceratum, cruci affixum; à demone captivitate liberati sumus, ipsi demones à Christo devicti et triumphati: ad quod ergo tunc legalia sacrificia? v. 13, 14, 15.*

5^o *Ex his contra judaizantes ultimo dictis, Colossenses averit à legalibus observantiis, v. 16, 17. Ex dictis supra contra Simonianos, averit Colossenses à falsâ angelorum religione, v. 18, 19.*

6^o *In reliquo capite Colossenses paternè corrigit quod Christiani cum sint pseudo-apostolos, seu judaizantes, seu Simonianos, audierint.*

PARAPHRASIS.

1. Etenim velim ut sciatis qualiter et quantum anxius et sollicitus sum pro vobis, et pro Laodicensibus, et pro cæteris, qui æquæ ac vos faciem meam nunquam viderunt.

2. Nec est autem anxietatis, et meorum pro vobis et illis laborum, finis, ut solidum in Domino solutum habeatis, ut charitatis vinculo cretibus inter vos compaginemini, ut plene et perfecte sitis intelligentes, et persuasus circa ea quæ pertinent ad cognitionem Dei unitas et trius, et mysterii incarnationis Domini nostri Jesu Christi.

3. In quo Christo, homine Deo, absidit continentur omnes thesauri sapientiæ et scientiæ.

4. Hoc autem dico de tantâ Christi sapientiâ et scientiâ dico, propterea dico, ut maxime caveatis ne quis artibus humanis instructis vobis imponat falsis sermonibus, sed speciosis, et ad persuadendum compositis.

5. Hanc de vobis curam gero: quamvis enim corpore absim à vobis, mentè tamen et corde vobiscum sum; et gaudeo videns omnia bene et ordinate apud vos agi, vidensque firmitatem et constantiam fidei vestræ in Jesum Christum.

6. Quenadmodum ergo Christum Christique do-

19. Et ne demouant pas attaché à celui qui est la tête, et le chef duquel tout le corps, recevant l'influence par les vaisseaux qui en joignent et tient toutes les parties, s'entretient et s'accroît par l'accroissement que Dieu lui donne.

20. Si donc vous êtes morts avec Jésus-Christ à ces premières et plus grossières instructions que Dieu a données au monde, comment vous laissez-vous imposer des lois, comme si vous viviez dans ce premier état du monde?

21. Ne mangez pas, vous dit-on, d'une telle chose; ne touchez pas de ceci, ne touchez pas à cela.

22. Cependant ce sont des choses qui périssent toutes par l'usage qu'on en fait, et en quoi vous ne surviez que les préceptes et les ordonnances des hommes.

23. On ont quelque apparence de sagesse dans leur superstition et leur humilité affectée, dans le rigoureux traitement qu'ils font au corps, et dans le peu de soin qu'ils prennent de rassasier la chair.

ANALYSIS.

baptismum cum Christo consepulti fuerunt et à mortuis suscitati, v. 11, 12.

4^o *A baptismo, qui fit in sanguine Christi, ad cruentum Christi sacrificium accedens, Colossensibus et aliis Christianis representant hujus sacrificii effectus: omnia nostra peccata sunt condonata; noster nobis æternæ reatus remissus; chirographum laceratum, cruci affixum; à demone captivitate liberati sumus, ipsi demones à Christo devicti et triumphati: ad quod ergo tunc legalia sacrificia? v. 13, 14, 15.*

5^o *Ex his contra judaizantes ultimo dictis, Colossenses averit à legalibus observantiis, v. 16, 17. Ex dictis supra contra Simonianos, averit Colossenses à falsâ angelorum religione, v. 18, 19.*

6^o *In reliquo capite Colossenses paternè corrigit quod Christiani cum sint pseudo-apostolos, seu judaizantes, seu Simonianos, audierint.*

eisionem christianam, quae sit per rejectionem victiorum.

12. Quando per baptismum consensu estis cum Christo; et ad vitam gratiae resurrexistis per fidem, quae credidistis efficacem et potentem operationem Dei, quae Christum à mortuis suscitavit; (breviter) per fidem resurrectionis Christi, omnipotentia Dei facta;

13. Vos, inquam, cum essetis spiritualiter mortui, tum per vestra peccata actualia, tum per originale peccatum, tunc Deus vivificavit eam virtute quae Christum suscitavit, id est, novam vobis iustitiae vitam dedit; omnia delicta vestra vobis condonans ob Christi merita in eius sanguine baptizati estis.

14. Deleto prius, per Christum, decreto damnationis in nos lato: Christus enim pro nobis in cruce moriens, hoc mortis decretum, nostramque syngapham, tulit de medio, dirupit, diruptamque affixit cruci.

15. Demonesque devictos, et illo quod in homines praetendebant imperio destitutos, liberè palamque traduxit, et de illis, ignominia sic affectis, suà propria virtute triumphavit.

16. Tanta ergo per Christum beneficia nacti, ne timeatis ne quis vos quasi reos iudicet ob neglectas legis Moisaicae caeremonias, videlicet ob cibum, aut potum, mundum, aut immundum; ob id quod pertinet ad diem festum, ad neomeniam, aut ad sabbatum.

17. Siquidem haec omnia sunt umbræ futurorum, quorum veritas, soliditas, corpus ad Christum pertinet: corpore autem seu veritate componente, eva-

nescent umbræ; seu ubi autem corpus et veritatem tenemus, quid curamus de umbris?

18. Cavete ne quis seductor bravium vestrum intercipiat, à verà religione vos, per affectam humilitatem, deducens ad superstitiosam angelorum religionem, pedem immittens in ea quae non vidit, insaniter tumens proprii sui cerebri sensu, seu cogitatione.

19. Non tenens per fidem caput Ecclesiae Christum, ex quo totum Ecclesiae corpus per juncturas et commissuras constructum et subministratum divino crescit augmento.

20. Cum igitur Christiani sitis, et per baptismum cum Christo mortui sitis primis et rudibus huius mundi institutionibus; quare, quasi in illis adhuc vivetis, haec docetis, vel docemini?

21. Scilicet ne tetigeritis hoc; ne gustaveritis illud; ne contractaveritis istud.

22. Non animadvertitis quid sint et à quibus sint haec omnia; nempe quod ipso usu pereunt et consumuntur, et quod hominum sunt adinventiones et doctrinae.

23. Et haec quidem speciem aliquam habent sapientiae, dum superstitiosam praefertur religionem, et fictam humilitatem, et austeram macerationem; corpori enim suo non indulgent, nec illud ad saturitatem nutriunt, sed jejuniis miserè affligunt; ob haec, inquam, sapientiae speciem habent; at quia superstitiosa hominum commenta, hinc à Christi discipulo contemnenda.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — VOLO ENIM VOS SCIRE... Particula enim hunc versum necit cum ultimo versu capitis praecedentis: rationem ergo reddit Apostolus cur dixerit: *Laboro in agone, curando*, quia sollicitus sum pro vobis, etc.

QUALEM SOLLICITUDINEM... Graec., *quantum certamen*, etc. Syr. et Arab., *quale sit mihi certamen*, etc. Aethiop., *quantum contendit pro vobis*. Bene etiam ab interprete nostro, *quantam anxietatem et sollicitudinem, hinc laboro*.

ET QUICUMQUE NON VIDERUNT FACIEM MEAM... SYR.: *Et pro ceteris illis, qui faciem meam*, etc. D. Chrysostomus, et alii committunt post ipsum, intelligunt: *Et ceteri quicumque alii, qui aequè ac vos, Colossenses, non viderunt faciem meam*; hincque inferunt D. Paulum Colossis nunquam praedicasse. Theodoretus, et post ipsum Baronius, traducit: *Non solum pro vobis, et pro iis qui sunt Laodicea, sed et pro iis qui me non viderunt*, negatque sequelam à D. Chrysostomo illa-

VERS. 1. — Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis. Graec., *quantum certamen habeam de vobis*, id est, sustineam pro vobis. *Et pro iis qui sunt Laodicea*, etc., id est, faciem carnis. Volo vos scire quantum laboris sustineam pro vobis et pro Laodicensibus, et pro ceteris qui me non viderunt.

VERS. 2. — Ut consolentur corda ipsorum. Consolentur, id est, consolationem accipiant.

tam. Primus sensus videtur naturalior, licet non convincat.

VERS. 2. — UT CONSOLENTUR, in sensu passivo, id est, ut consolationem accipiant.

CORDA IPSORUM, INSTRUCTI IN CHARITATE. Graec.: *Compactorum in charitate*. Syr.: *Ut consolationem accipiant corda eorum, et cum charitate accedant ad omnem opulentiam persuasionis, et ad intelligentiam cognitionis arcani Dei Patris et Christi*.

Nota literalis.

Hic locus in Graeco et in nostra Vulgata, ob brevitatatem, aliquid obscuritatis habet: hinc necessario aliquid addendum ut tollatur obscuritas. Communitur additur, ut *consolentur corda ipsorum*, cum fuerint instructi, seu constructi, seu compacti in charitate; et cum fuerint instructi in omnes divitias plenitudinis intellectus, etc. Mihi hunc versum meditantem, et ad mentem D. Pauli serio attendentem, visum est quod Apostolus his paucis verbis anxietatis suae suorumque

Instructi in charitate, id est, cum fuerint instructi in charitate.

Et in omnes divitias plenitudinis intellectus; et cum fuerint instructi in omnes divitias, id est, largissimam copiam plenè intelligentiae. Et cum fuerint plenè edocti, scilicet de mysterio, ut sequitur.

In agnitionem mysterii Dei Patris et Christi Jesu, ut scilicet in omnibus mysteriis fidei quae pertinent ad

pro Colossensibus laborum finem exprimat. Nimirum sollicitus sum primo, ut consolemini, juxta proph. Isai. 40, 1; secundò, ut charitatis vinculo compaginemini; tanquam unius corporis membra; tertio, ut sitis perfectè intelligentes, et plenè persuasi circa ea quae pertinent ad cognitionem mysterii Dei Patris, et Christi Jesu. Graec., *Dei et Patris et Christi*, id est, Dei unius, et trini in personis; et Christi, hominis-Dei, seu sanctissimae Trinitatis, et dominicae incarnationis. Ecce tria ad quae tendit Apostoli labor et cura; tria quae Colossensibus et aliis exoptat, et quorum fortasse contrarium tacite redarguit in illis. Haec autem tria sic inter se subordinata sunt, ut duo ultima sint media ad primum; quippe consolabimini, si corda vestra charitate compaginebantur; si mentes vestrae sint plenè intelligentes et persuasae, etc.; in omnes divitias, etc., id est, usque ad omnem abundantiam plenissimae intelligentiae, seu maxime, quae possit hic haberi, ita ut de nullo dubitetis. In his itaque paucis verbis habemus finem laborum D. Pauli; habemus ejus votum et cordis desiderium; habemus tacitam exhortationem ad charitatem mutiam et ad firmam persuasionem; quae exhortatio aliquam fortè supponit divisionem in Colossensium cordibus et dubitationem in mentibus. Uramque vitemus et nos, si ad divinas consolationes aspiramus: firma sit nostra fides in mente; regnet charitas in corde.

VERS. 5. — IN QUO SUNT OMNES THESAURI... id est, in quo Christo continentur omnes, etc., quia, ut Deus, est ipsa sapientia Patris; ut homo, mirabilem habet sapientiam, licet finitam, sicut finita est ejus anima. In Christo, velut in arcà pecuniarum continentur omnes thesauri sapientiae et scientiae. Ergo extra Christum nihil nisi vanitas, error, illusio. Ergo in solo Christo quaerenda sapientia, scientia, veritas. Ergo ab eo continè petenda sapientia, etc., non à Simone, non à Gnosticis, ob scientiam sic dictis, seu quia se scientes factabant; non ab angelis, quos illi praeferebant Christo.

ABSCONDIRI. Christus thesaurus est absconditus, quem sola fides revelat, humilitas aperit, ut charitas eo potatur; fide itaque et humilitate ad hunc accede thesaurum.

VERS. 4. — HOC AUTEM DICO, scilicet de Christi sapientia et scientia.

UT NEMO VOS DECIPIAT, nimirum, sub specioso agnitionem Dei Patris et Christi Jesu, instructi et plenè persuasi, planeque intelligentes sitis.

VERS. 5. — IN QUO (scilicet Christo) SUNT OMNES THESAURI, etc. Communis expositio est de scientia divini, quae in Christo est ut Dei Verbo. Cum dicitur thesaurus, copiam ac multitudinem ostendit; quod addit, omnes, nihil omnino esse quod ignoret; quod autem subjungit, absconditi seu reconditi, ipsum solum omnia scire declarat, ab eoque scientiam et sapientiam omnem petendam esse, nam Christus est ipsa sapientia, et per sese cognitio.

VERS. 4. — HOC AUTEM DICO, etc. Hoc autem quod dixi de excellentia scientiae Christi, propterea dico, ne alleci specioso nomine scientiae, quam quidam promittunt, sinatis vos circumveniri probabilibus, sed falsis argutis humanarum ratiuncularum.

S. S. XXIV.

mine scientiae et sapientiae, quod ambiunt et promittunt.

IN SUBLIMITATE SERMONUM. Graec., in *sublimitate sermonis*, id est, *sublimiter*, oratione speciosa. Colossenses contra quoscumque pseudo-apostolos praemunit quidem, ad speciatim contra Simonianos, qui vane philosophiae placitis imbuti, sublimia dicebant de angelis, de Aeonibus, etc., suisque sermonibus simpliciter à Christo avertere satagebant, ut ad angelorum cultum transferrent.

VERS. 5. — NAM ET SI CORPORE ABSENS SUM... Consequens erat dicere: Et novi deceptores, ait D. Chrysostomus, sed desinit in ecomium.

GAUDENS ET VIDENS ORDINEM VESTRUM... SYR.: *Et gaudeo quòd videam ordinem vestrum, et fructum fidei vestrae, quae est in Christo Jesu*. D. Chrysostomus notat quòd haec dicantur tanquam militibus ordinatè firmiterque stantibus. Nec eccidistis, nec ordinem vestrum confudit aliquis. Virum apostolicum duo solantur in suis subditis; firmitas fidei, et ordo disciplinae; seu vita regulis fidei conformis.

VERS. 6. — SICUT ERGO ACCEPTISTIS JESUM CHRISTUM, id est, sicut ab Epaphra Christi fidem edocti estis, nimirum quòd Dominus Redemptor ac Mediator est.

IN IPSO AMBULATE, id est, ita in ejus fide, doctrinà ac vita perseverate.

VERS. 7. — RADICATI, id est, firmas in ipso radices habeatis.

ET SUPEREDIFICATI IN IPSO, velut firmissimo fundamento.

ET CONFIRMATI FIDE, id est, confirmemini in fide, quam edocti estis; imò crescite in ea per gratiarum actionem. His verbis fideles munit contra quoslibet novatores in genere, quos sigillatim aggreditur in sequentibus. Christus via est; ergo in ipso et per ipsum nobis ad vitam eundem. Christus radix; ergo debemus ipsi continè inherere, et cordis vitam ab eo sugere. Quod arbor sine radice, hoc anima sine Christo. Christus fundamentum; in ipso et super ipsum debemus aedificare. Quod domus sine fundamento, hoc homo sine Christo. Credere non sufficit; debemus in fide proficere, abundare, pleniorum in dies mysteriorum cognitionem acquirere. Hoc autem fit per gratiarum actionem pro tantis per Christum acceptis beneficiis. Cor gratum terra bona in quo multiplicat gratia Dei.

VERS. 5. — NAM ET SI CORPORE ABSENS SUM, sed spiritu vobiscum sum. Spiritualis oculo et cura vobiscum sum, quia spiritu et mente vos sapè contemplantor. — Gaudens et videns ordinem vestrum. Cum gaudio in-tecor. Videbat autem in spiritu eis quae reterat ad eum Epaphras. Ordinem, id est, bonam ordinationem, quò bene et ordinatè omnia fiunt.

Et firmatum est quae in Christo est fidei vestra; hoc est, et videns firmitatem, soliditatem, constantiam, fidei vestrae in Christum, id est, quae in Christum credidistis.

VERS. 6. — Sicut ergo accepistis, etc., id est, in ipsius fide et institutione ambulatè.

VERS. 7. — Radicati et superedificati in ipso, et confirmati fide. Graecè, in fide, scilicet Christi. Sicut et didicistis, sicut edocti estis.

(Quarante,

VERS. 8. — VIDETE NE QVIS VOIS DECIPAT. GRÆC.: *Ne quis sit vos abigens*. Syr.: *Ne quis vos spoliat*. Arab.: *Spoliet ac deprædatur*. D. Chrysostomus: *Deprædatur ac suffuratur*. Id est, cave ne quis vos decipiat, si demque vestram suffuretur.

PER PHILOSOPHIAM, scilicet, qualis erat omnium Ethnorum philosophia; nulla quippe quæ de Deo præsertim et rebus divinis vacaret crassis erroribus. Talem philosophiam Apostolus, 1 Tim., cap. 6, v. 20, vocat *falsi nominis scientiam*.

ET INANEM FALLACIAM, id est, philosophiam, dico inanem, et quæ solidi nihil habet, siquæ vera scientia non est, sed mera fallacia, sophistica deceptio.

SECUNDUM TRADITIONEM HOMINUM, id est, hæc inanis et mendax philosophia, seu fallacia, tradita non est à Deo, qui veritas est, sed ab hominibus vanis, errantibus, et mendacibus inventa et tradita: hinc vana, inanis, et mendax.

SECUNDUM ELEMENTA MUNDI, id est, juxta principia et axiomata quæ prima sunt rudimenta mundanæ philosophiæ, seu quibus à pueritia imbuuntur mundani homines.

ET NON SECUNDUM CHRISTUM, id est, non secundum doctrinam nobis à Christo traditam. Hæc contra Simonianos, et ab eis prognatos Gnosticos, qui principis partim à Platone et à Pythagorâ sumptis, partim à proprio cerebro inventis, multa vana, falsa, et Evangelio contraria, docebant. Hæreticos Paulus fures et predones vocat, quippe qui fidem, gratiam, animæ vitam, Christum et Deum auferre moluntur. Sicut autem prædo quod vi non potest auferre, fraude eripit, ita hæretici doctrinam quam apertè proferre non audent, per fallacias et verborum artificia mentibus insinuant.

VERS. 9. — QUIA IN IPSO INHABITAT OMNIS PLENTUDO... Dat rationem cur philosophis Evangelio Christi contrariis credendum non sit, sed ab eis cavendum. Potuisset equidem repetere quod dixit v. 5: *Quia in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ*, etc., at maluit hujus etiam rationis jam allatæ causam assignare. Quia in Christo, tota plenæ Divinitatis, cum omnibus suis perfectionibus ac attributis, et consequenter omnis sapientia, scientia et veritas. *Inhabitat*, id est, inexistit, commoratur, perpetuò et permanentè inhaeret.

CORPORALITER, id est, sicut anima in corpore suo habitat. *Corporaliter*, id est, non umbraticè, sed verè, realiter, substantialiter.

Abundantes in illo in gratiarum actione. Non solum volentes esse confirmatos in fide, verum etiam in eâ proficere, et proficiendo abundare per pleniorum mysteriorum Christi cognitionem; idque cum gratiarum actione erga Deum, ut auctorem hujus totius boni.

VERS. 8. — Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum. Respicit autem Apostolus ad dogmata philosophiæ scholæ Simonianæ.

Secundum elementa mundi, secularis ac mundanæ philosophiæ rudimenta.

Et non secundum Christum, id est, secundam doctrinam de Christo vobis traditam; sed magis contra Christum ejusque doctrinam.

ter. Umbra fuit in veteri Testamento; corpus, realitas, veritas in novo; quo sensu *corporaliter* opponitur umbraticè, sicut v. 17. *Corporaliter*, id est, substantialiter, non per accidens, per operationem, sed per suam substantiam. Non per gratiam tantum, sicut in sanctis angelis et hominibus, sed per unionem substantialem, hypostaticam. Non in animâ tantum, sed et in corpore. Non ut in animâ et corpore alienis, sed ut in animâ et corpore propriis. Duplici vinculo substantiali unitivo, divina Verbi persona unita est humane Christi naturæ; uno spirituali, quo anima unitur Verbo; altero corporali, quo corpus eidem Verbo unitur. Hinc intellige quod *omnis Deitatis plenitudo inhabitat etiam corporaliter in Christo*, sicut anima in corpore suo inhabitat corporaliter, seu verè, realiter, substantialiter, essentialiter. Hinc et consequenter intellige quod in Christo sit omnis sapientia, scientia, veritas, quia Deus est; quod nullus præ ipso sit audiendus, quantumlibet doctus; quod Evangelium Christi sit supra omnes scientias et traditiones hominum; quod debeat esse omnium nostrarum cogitationum regula, ipsique subijci et captivari debeat omnis intellectus humanus.

VERS. 10. — ET ESTIS IN ILLO REPLETI..., id est, et vos in illo, utpote corporis ejus membra; et per illum utpote caput vestrum in vos influens, *estis repleti*. unusquisque pro sua mensurâ, sapientiâ, scientiâ aliisque donis salutaribus.

QUI EST CAPUT OMNIS PRINCIPATUS..., id est, in illo, inquam, qui non vestrum tantummodo caput est, sed et omnium angelorum, quantumcumque præeminentiâ et dignitate sint præditi. Hoc contra philosophos Simonianos, qui angelorum cultum predicabant. Angelorum caput, rex et Dominus, est Christus: ergo præ illis adorandus. Caput nostrum est, de cuius plenitudine nos omnes accepimus; ergo illi continuè debemus inhaerere; ab eo gratiam, fidem, sapientiam, scientiam, omnia cælestia dona petere, expectare et recipere. Ipse solus habet plenitudinem Divinitatis, plenitudinem sapientiæ, scientiæ, etc.; ergo ab ipso participationem Deitatis, gratiam scilicet, participationem sapientiæ, scientiæ, omnesque divinitatis plenitudinis intellectus, de quibus v. 2, petere et expectare. Caveat ergo ne quis vos, per inanem et noxiam philosophiam decipiens, avertat à Christo ut ad angelos convertat; etenim à fonte vos abduceret ut ad rivulos deduceret; à Domino et à rege ad subditos et servos.

VERS. 9. — Quia in ipso (Christo) inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter; id est, reverè, realiter et substantialiter. Sensus est: In ipso plena deitas inhabitat, non solummodo per gratiam, et mirabilem operum efficientiam; sed corporaliter, id est, per unionem ipsius divinitatis cum corpore substantiali seu carne humanâ, in personâ Verbi, juxta illud: *Verbum caro factum est*.

VERS. 10. — Et estis in illo (Christo) repleti. Et vos per illum repleti estis scientiâ, aliisque donis salutaribus, itemque amplius etiam implendi, etc.

Qui est caput omnis principatus et potestatis, qui non solum vestrum est caput, dona sua vobis communicans; verum etiam caput est omnium ordinum angelicorum, quantumcumque sint potestate præditi.

VERS. 11. — IN QUO ET CIRCUMCISI ESTIS. Hic contra judaizantes, qui circumcissionem et alia legalia urgebant, christianam circumcissionem extollit supra legalem. *In quo*, et per quem Christum, *circumcisi fuistis*.

CIRCUMCISIO NON MANU FACTA, non circumcisiōne quæ fit per manus hominum.

IN EXPOLIATIONE CORPORIS CARNIS, quæ consistit in excisione pelliculæ corporis, sed spirituali Christi circumcissione, seu rejectione vitiorum.

GRÆCI LEGUNT: *Circumcissione non manu factâ, in excisione corporis peccatorum carnis, in circumcissione Christi*. Syr.: *Circumcissione sine manibus factâ, cum existis carnem peccatorum per circumcissionem Christi*. Estque sensus secundum D. Chrysostomum, Theodorum, et alios Græcos: *In quo circumcisi estis; non externâ circumcissione, quæ fit manibus hominum (et quæ consistit in ablatione exiguæ corporis pelliculæ), sed spirituali et divinâ, cujus auctor est Christus, et quâ totum peccatorum corpus, seu totus homo vetus, deponitur et exiit*.

Hic nota plures nostræ circumcisiōnis excellentias supra legalem; hæc externa et carnalis, nostrâ spiritualis et interna; hæc fit hominum manibus; nostrâ divina est; hæc est ablatio exiguæ corporis pelliculæ; nostrâ est liberatio ab omni corruptione; hæc à lege, seu ab Abrahamo, nostrâ à Christo fuit instituta; hæc figura fuit, nostrâ veritas; post hanc igitur Christi circumcissionem, legalis est superflua, inutilis et noxia.

VERS. 12. — CONSEPULTI ET IN BAPTISMO... Declarat expressius quæ sit illa Christi circumcisiō, scilicet baptismus, in quo et per quem concepulti sumus cum Christo. Immersio baptizati sepulturam Christi significat, sicut et efficit in nobis quod Christi sepultura significat, scilicet veteris hominis mortem et sepulturam. Vide Epist. ad Rom., cap. 6, v. 4 et 5.

IN QUO ET RESURREXISTIS. GRÆC., *consecrati estis*. Hoc emersio significat simul et efficit, vitam nobis novam gratis conferendo et jus ad gloriosam Christi vitam largiendo.

PER FIDEM, tanquam dispositionem necessariam ut gratiam in nobis divinâ virtute producat baptismus. *Per fidem* OPERATIONS... seu quâ credimus Christum omnipotentia Dei suscitatum à mortuis.

Baptismus est sepultura in mortem. Homo prius

VERS. 11. — In quo et circumcisi estis, etc., id est, eâ quæ fit sine manibus.

VERS. 12. — *Consepulti et in baptismo*, q. d.: Circumcisi estis illa Christi circumcissione, quando simul cum eo sepulti estis in baptismo, id est, tunc quando baptizati estis.

In quo (scilicet Christo) et resurrexistis, in novam vitam, novos mores, novum spiritum, quem accepistis in baptismo.

Per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum à mortuis. Sensus est: Per fidem quâ credidistis efficacem et potentem operationem Dei, quâ Christum à morte suscitavit; hoc est, per fidem resurrectionis ejus divinâ virtute factæ.

VERS. 13. — Et vos cum mortui essetis (privati vitâ gratiæ) in delictis, et præputio carnis vestræ, *conversati fuistis cum illo, donans* (condonans et gratis remittens)

moritur, deinde sepelitur; peccator, vetus homo, sepelitur ut moriatur ipse, ejusque peccatum purellat. Hinc jugiter mori debet Christianus: hinc debet in Christo et cum Christo sepulto abscondi; mundi hominibus, soli Christo vivere: *Et vitâ vestra abscondita est*. Baptismus est resurrectio à peccato ad gratiam; ab Adæ vitâ, quæ mors est, ad Christi vitam, quæ vite gloriôsæ principium est: hinc ad hanc gloriam perpetuò debemus anhelare, in vitâ gratiæ semper proficere. Vide dicta c. 6 Epist. ad Rom.

VERS. 13. — Et vos cum mortui essetis... Explicat quod de sepulcrâ et resurrectione dixit. *Et vos*, seu vos, inquam, cum ante Deum, per peccata vestra, mortui essetis.

ET PRÆPUTIUM CARNIS VESTRÆ, id est, et per vestras concupiscentias, quæ sunt vera iurcisiōnis. Est metonymia quâ signum pro re significat ponitur: præputium enim, quod per circumcissionem amputabatur, erat signum peccati originali, in quo nascimur; et consequenter signum concupiscentiæ et omnium carnis operum quæ ex originali peccato sequuntur. Hoc autem signum hic ponitur pro peccato originali et concupiscentiâ, quasi diceret: Cum spiritualiter eratis mortui peccato, tum originali, tum actuali et habituali, quippe qui concupiscentiis omnibus vestris obediebatis.

CONVERSIFICAVIT CUM ILLO, id est, vos, inquam, Deus in baptismo *conversificavit cum Christo*: seu eadem potentia vobis vitæ gratiam contulit quâ Christum suscitavit, ut gloriosus vivat.

DONANS. Syr., et remisit, id est, condonans vobis OMNIA DELICTA, originale, actualia, habitualia, etc., idque merito passionis Christi, in cuius sanguine baptizati estis; seu cuius passionis baptismus est applicatio.

VERS. 14. — DELENS QUOD ADVERSUS NOS ERAT CHIROGRAPHUM... Syr., et deleuit, etc. Ambrosius, *deleto chirographo quod erat adversarium nobis*.

Observatio litteralis. Præter hunc commentator, D. Ambrosius vulgò dictus; observavit hos versus obscuros esse, quia multa in illis Apostolus conglomerat facta, quibus genus humanum ad indulgentiam pervenit. Ad horum ergo elucidationem distinguenda sunt facta, distinctioque sunt et personæ quibus conveniunt: à iis enim Patri attribuantur, à Filio conveniunt. Quoad facta,

vobis omnia delicta. Per præputium carnis intelligit in circumcissione carnis, quâ scilicet quis desiderat et concupiscentias carnis non resecat, non circumcidit, sed eas pronus sequitur, easque obediit et indulget.

VERS. 14. — *Delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis*. *Chirographum decreti*, est obligatio ad penam æternam juxta decretum Dei, et sententiam damnationis in Adamum et posteris ejus peccantes latam. Hinc enim obligationi ad penam æternam spontè peccando quasi manu nostrâ subscripsimus, nosque diabolo quasi vindicti hæc obligatio obligavimus.

Et ipsam (chirographum sive obligationem) tulit de medio (id est, sustulit), *affigens illud cruci*; q. d.: Conxit hoc chirographum, et crucifixi, id est, crucifixi illud, et abiecit suâ cruce ac morte Christus mortuus in cruce. Ita Theodoretus.

D. Paulus, v. 11, egit de baptismo, christiānā circūcisione, quā non carnis pars scinditur, sed omnia peccata rescantur.

§ 12 et 15, explicuit expressiūs effectus baptismi, in quo cum Christo mortui sumus et resuscitati; hosque effectus attribuit Deo Patri, qui nobis eā potentia novam gratia vitam dedit quā potentia Christo vitam gloriae in resurrectione dedit, omniaque nostra peccata condonavit.

Hic autem, v. 14, à baptismo, qui fit in sanguine Christi, transit ad mortem Christi, que causa meritoria est remissionis peccatorum et gratia nobis in baptismo collata: transit ergo et consequenter ad personam Filii, de quo intelligenda sunt sequentia.

Versibus itaque 14 et 15, Christi passionis effectus commemorat; seu causam explicat ob quam omnia peccata nobis in baptismo condonata sunt à Deo; quia scilicet Christus in cruce pro nobis moriens, omnia debita nostra solvit, chirographum nostrum laceravit et cruci affixit, nosque à demonum captivitate liberavit.

Ecece sensum, veniamus ad textum.

Delens. Hoc participium, sicut et alia, in Graeco vim habet praeteritū; hinc Syr., Æthiopi. versio, et deleti; hinc et Erasmus post D. Ambrosium, et deletio. Itaque deletio prius chirographo debiti.

Disquisitio literalis.

Sed quodnam est illud debitum illudque chirographum debiti? Perique interpretes per debitum intelligunt obligationem servandi legem Mosaicam; per chirographum intelligunt professionem huius legis servandae, factam in circūcisione, voluntque his verbis significari quod Christus et legem et obligationem legis abolevit in cruce.

Quantūcumque communis sit haec interpretatio, huic tamen subscribere repugno. Primò, quia non de Iudeis tantum, sed de omnibus loqui videtur Apostolus, ut patet legenti v. 10: *Et vos, Colossenses gentiles, convitificavit, donans vobis, etc.*; v. 14: *Delens quod adversus nos, etc.*; in eadem phrasi, vos et nos jungit ut omnes comprehendat. Secundò, quia vel hi interpretes legunt cum nostrā Vulgatā *chirographum decreti* vel cum Graeco hodierno *decretis*. Si primum, quomodo hoc legi convenit? Quando, et ubi, lex à D. Paulo, vel ab alio, in Scripturis vocata est decretum? Si secundum, ita ut velit significari quod Christus legem Mosaicam praecipit evangelicis aboleverit. Primò, sine causā deserunt Vulgatam, à concilio Tridentino declaratam ut authenticam; cui Vulgatā hanc in re conformis est Æthiopiae versio, que sic habet: *Et deleti pro nobis scripturam debiti nostri in decreto, quod erat contra nos*. Deinde propositionem faciunt huiusmodi, intercausam: *Delens chirographum decretis quod, etc.*, que constructio? Denique non coherent sequentia: quomodo enim legem Christus affixit cruci?

Vers. 15. — *Et expolians principatus et potestates* (id est, spolians demones suā potestate, dominio et tyrannide in homines, sibi hoc peccati chirographo obligatos et subditos) *traxit confidenter, palmam*

Quae connexio versūs sequentis, et *expolians*, etc. Sed sensum habemus plenum, naturalem, coherentem, sublimem et dignum magnificā D. Pauli eloquentiā, quam ipsum eloquentiae flumen D. Chrysostomus hic miratur; si per decretum intelligamus sententiam mortis in Adamum et ejus posteris decretam, ob eum ligni vitæ: *In quocumque die comederis, etc., morte morieris*, Genes. 2, v. 17; si per chirographum intelligamus nostram manu subscriptionem, quā per peccata nostra actualia, quasi manu propria, decreto illi in omnes peccatores lato subscribimus, nosque ipsos aeternae morti, aeternisque suppliciis obnoxios reddidimus. Sit itaque *chirographum decreti* noster aeternae mortis reatus, nostra supplicia obnoxietas et debitum; at debitum ita certum, ac si manu propria, seu chirographo, consignatum esset: quippe qui peccando subscribimus decreto in peccatores lato. Et hoc posito, clara et connexa sunt omnia: *Delens quod adversus nos erat chirographum*. Hoc mortis decretum, hunc mortis aeternae reatum Christus suā propria morte abolevit: hoc *chirographum* nostrum, quo nostrae mortis decreto subscribimus, Christus suo pretioso sanguine delevit, expunxit.

ET ISEM TULIT DE MEDIO... id est, utrumque et decretum mortis et chirographum nostrum Christus pro nobis moriens, nostrisque satisfaciens debitis, abolevit, cassavit, antiquavit. Alludit ad syngraphas, quae, soluto debito, nullius sunt valoris, sed annullantur, quasi non sint. Ita Christus pro nobis solvens, et debitum nostrum abolevit, et syngrapham nostram tulit de medio, dirupit.

AFFIGENS ILLED CRUCI. Alludit ad morem quorundam clavīs transfigendi edicta antiquata (is tunc forte vigeat in Asiā, ait Grotius), vel etiam alludit ad morem syngraphas solutas, laceratas stylo vel unco affigendi. Vide apud Cornelium à Lapide quid in simili fecerit imperator Adrianus: remisit debita, syngraphas combussit.

VERS. 15. — ET EXPOLIANS PRINCIPATUS... Homo peccando duo incurrit, ait D. Thomas; reatum culpae et servitutem diaboli: postquam dixit Apostolus quomodo Christus omnes nostros reatus delevit, nunc dicit quomodo nos à diaboli servitute liberavit. *Et expolians*, seu expoliavit demones illo quod in homines, ob hoc peccati chirographum, pretendebant imperio, illosque subactos et spoliatos

TRAXIT CONFIDENTER. Graec., in libertate. Syr., *confudit eos*, id est, audacter et palmā ostentavit, Deo scilicet et angelis, quasi victor et triumphator circumducens secum hostes devictos in triumphum.

TRIUMPHANS ILLOS, id est, de illis ignominia sic affectis, in SEMETIPSO, id est, suā virtute triumphavit.

Observatio dogmatica et moralis.

Nunquam tam magnificè locutus est, ait D. Chrysostomus: et ego non miror, quia crucifixi praedicant

triumphans illos, triumphans de illis, scilicet de hostibus devictis atque subjectis. *In semetipso*, id est, per semetipsum, per suam virtutem et victoriam.

tor, crucifixi virtutem contra crucis inimicos eloquuntur. Spiritualem Christi circūcisionem, baptismum, supra circūcisionem legalem mirificè jam extulit; et quia in Christi sanguine fit baptismus, et per hunc sanguinem peccatorum remissio, ut ipsemet alibi docuit; hinc ad ipsum baptismi fontem, et remissionis peccatorum originem, ascendens, Christum scilicet crucifixum, mirificam salutaris illius sacrificii virtutem paucis explicat, ut omnem ad legalia sacrificia recurrendi pretextum amputet, quasi diceret: Hoc unico Christi sacrificio, omnia nostra delicta condonata sunt; noster mortis aeternae reatus est remissus; omnia nostra debita soluta, chirographum deletum, laceratum, cruci affixum; à demonum praeterea captivitate liberati sumus; demones ipsi devicti, subacti, confusi, in triumphum ducti sunt. Quid restat ultra nobis desiderandum? Ad quid necessarius nobis est quicumque ad legalia recursum? Unico sacrificio praesitit Christus quod lex per omnia sua sacrificia, omnesque suas legales caeremonias, prestare nunquam potuit.

Da mihi, o Deus misericordissime, hanc crucis dilecti Filii tui virtutem penetrare; hancque Domini mei Jesu Christi bonitatem sentire! Sentiam in me quod in Christo Jesu et à Jesu Christo factum est pro me! Propria morte suā meum mortis aeternae reatum abolevit; pretioso sanguine suo decretum mortis in me latum delevit et expunxit; acerbis doloribus suis omnia mea debita solvit; solutus debitis meis, syngrapham, quae me peccando suppliciis aeternis obstruxeram, laceravit, dirupit; diruptam et laceratam affixit cruci; tandem à demonum captivitate, cui me peccato meo subdideram, liberavit. O bonitas! o misericordia! o ineffabilis amor! Anathema sit ei qui te, o Jesu amantissime et anabilissime, non amat; qui in tuo pretiosissimo sanguine non confidit; qui in morte tuā totam spem suam non reponit. In hanc ego confidens, totamque spem meam reponens, illam offero tibi, Pater aeternae Deus, in omnium peccatorum meorum remissionem. Multa sunt, fateor; enormia sunt, scio, nec distineor; confidens tamen et audacter dico quod multo plus offero; quippe qui non infinitum tantummodo, sed infinitus infinitum offero, regem pro servo, Deum pro hominulo.

VERS. 16. — NEMO ERGO VOS JUDICET... Syr.: *Nemo*

VERS. 16. — *Nemo erga vos judicet*, id est, reprehendat, vel damnet, in cibo aut in potu, id est, in delectu et abstinentia ciborum et potum Iudeis praecipit, Levit. 11.

Aut in parte diei festi, aut neomeniae, aut sabbatorum. Jam inferri non esse audiendus judaizans, qui ciborum delectum et dies festos à lege veteri praescriptos, Christianis observandos esse docebat.

VERS. 17. — *Quae sunt umbra futurorum*, id est, quae sunt obscurae significationes rerum futurarum.

Corpus autem Christi. Sensus: Corpus autem ejus illa sunt umbra, à Christo est; hoc est, veritas illorum signorum in Christo adimpletur; illius umbrae corpus est Christus.

VERS. 18. — *Nemo vos seducat volens in humilitate et religione angelorum*; q. d.: Nemo vos à Christo et Ecclesiae scorsum post se abducat, nemo vos sibi subdat, ut novus quasi doctor et hierarcha ad suam se-

igitur vobis molestiam exhibeat. Ex precedentibus principiis concludit contra omnes sui temporis hereticos. Ac primò contra judaizantes ex ultimis versibus: Cū tanta sit novae legis excellentia, tantaque nobis beneficia praestiterit unicum Christi sacrificium, nullam vobis molestiam afferat illorum reprehensio qui vos peccati damnant ob neglectum, aut inobservantiam, legis Mosaicae, quae certa ciborum genera, quosdam dies festos, praecipit.

IN PARTE, id est, ex parte diei festi: seu, in hoc quod attinet ad diem festum. Syr.: *In partibus dierum festorum*; quia judaizantes festa judaica participant, alia praecipiant, alia negligant, ait D. Chrysostomus.

VERS. 17. — *Quae sunt umbra futurorum*... id est, quae omnia erant umbrae futurorum in Christo mysteriorum, et per ipsum completorum; eum ergo veritatem et adimpletionem illorum habeamus in Christo: ad quid nobis umbrae? In his versibus manifestè de judaicis festis agitur, non de christianis: perperam itaque contra nos his abutuntur heretici.

VERS. 18. — *Nemo vos seducat*... Ex dictis v. 5, 9, 10, concludit contra Simonianos: *Nemo vos seducat*. Graec., *καταπαύετε*, id est, palmā, bravio, premio defraudat, quasi diceret: Bene curritis, palmam quasi manu contingitis, cave ne quis seductor à vera religione ad superstitionem vos deducat, sicque palmā vos defraudet. Brabantis appellant judices eorum qui in agone decertant, *καταπαύετε* autem est injustè ad judicare victoriam, ait Theodoretus.

VOLENS, sunt qui referunt ad *seducat, seducat volens*, id est, de industria, datā operā; vel, etsi id maxime velit et conetur. Alii jungunt cum *humilitate*, quasi diceret: Volens videri humilis et religiosus erga angelos; seu potius, affectatā humilitate, superstitionem angelorum religionem introducens. Dicebant illi heretici, indignum Filio Dei unigenito ut ad nos mitte-retur, nosque per eum adduceremur ad Patrem, sed omnia, sicut in lege, per angelos Deum operari; hancque fictā humilitate falsam angelorum religionem introducebant, docentes nobis ad angelos mediatores nostros recurrendum; non ad Christum, ita ex D. Chrysostomo, Theophylacto, Gagneo.

QUE NON VIDIT AMBULANS, id est, ea que non novit

etiam et cultum angelorum vos pertrahat, volens ambulare vel volenter ambulans in hac falsā religione angelorum. Hanc heresim ortam esse à philosophis, qui inxerunt esse quasi minores deos, opifices et gubernatores hominum et mundi; hanc errorem in eo sistum fuisse, quod dicerent angelos digniores esse Christo, etc., et hanc de causā arguitur et praeminentiam Christi super angelos tam studiosè cap. 1 et alibi invidat Apostolus, capite est communis sententia Chrysost., Theodor., Theophyl.

In humilitate, id est, humili gestu, se prosternendi et adorandi angelos. Jactare falsas angelorum visiones; rursus non tenere caput, id est, Christum excludere, ut angelos suum stant caput.

Quae non vidit ambulans, in his que non vidit fistuosus incedens.

Frustra inflatus sensu carnis suae, id est, frustra superbiens sensu et mente sua carnalis, quasi cognitio-

audacter pronuntians : multa de angelis ita certò dicebant ac si celos penetrassent; eorum nomina, classes, prefecturas, etc.

FRUSTRA INFLATUS SENSU. Græc., à sensu. Syr., et frustra turgescit sensu, etc., id est, frustra superbiens, sibique placens, ac tumens scientiâ carnali, seu non à Deo revelatâ, sed ab humano carnalium hominum spiritu inventâ et traditâ.

VERS. 19. — NON TENENS CAPUT, Ecclesie, Christum, ipsique non adherens.

EX QUO TOTUM CORPUS Ecclesie vitam et augmentum recipit, per illorum canalium qui sunt NEXUS et vincula, id est, per pastores et doctores, etc. Vide ad Ephes. cap. 4, v. 16. Hinc patet unus ex præcipuis illorum hereticorum erroribus, scilicet, quòd Christum non credebant caput Ecclesie: contra quos D. Paulus asseruit, v. 10. Christum caput et Dominum omnis principitatis. Qui autem fuerint illi heretici angelici, vide apud Cornélium à Lapide: Erant, inquit, semi-Judæi et semi-Platonici; ubi etiam vide quòd angelorum cultus coepit ab idololatriâ, seu ab hereticis; sed correctus fuit ab Ecclesiâ. Vide etiam Estium.

VERS. 20. — SI ERGO MORTEI ESTIS... Hic versus refertur ad versum octavium: Videte ne quis vos decipiat per philosophiam... secundum elementa mundi. Itaque de philosophiâ intelligendus est, non de lege Mosaiçâ; estque sensus: Cum per baptismum in Christo renuntiaveritis omni sectæ et philosophiâ mundanæ, quæ non secundum Deum, sed secundum elementa mundi, seu principia naturalia et mundana, vivere docet, etc.,

QUID ADHUC TANQUAM VIVENTES... id est, cur ea repetitis, quasi rursus secundum illa mundi elementa, principia, dogmata, institutiones, vivere velletis?

DECERNITIS. Græc., dogmatizatis, vel dogmatizantini; nam utrumque significat, *δωγματίζω*, id est, doceatis, vel docemini, seu vos doceri sinitis, quasi secundum mundi doctrinam et non secundum Evangelium Christi vivere velletis.

VERS. 21. — NE TETIGERITIS... ita loquebantur eorum magistri: hoc autem dicebant et judizantes et philosophi, qui multa quoque suis asseclis prohibebant.

Hinc variant interpretes, quorum aliqui judaizanti-

nem, imò visiones habent rerum sublimium, puta angelorum rerumque caelestium.

VERS. 19. — *Et non tenens caput* (scilicet Christum, sed pro Christo angelos substituens, ita Theodor.) *ex quo* (capite Christo) *totum corpus* (Ecclesie), *per nexus et conjunctiones ministratum* (id est, subministratorem accipientis spiritus, motus et sensus vitalis à capite) *et constructum, crescit in augmentum Dei*, puta incremento fidei et Spiritus Dei.

VERS. 20. — *Si ergo mortui estis cum Christo, etc.*, q. d.: Cum per Christum mortui sitis, et renuntiaveritis omni sectæ et philosophiæ mundanæ Christo contrariæ, quæ non secundum Deum, sed secundum elementa mundi, id est, secundum principia naturalia et mundana vivere docet; cur iterum ea repetitis, quasi rursus secundum hæc mundi elementa vivere velletis? *Decernitis*, dicentes scilicet id quod sequitur:

VERS. 21. — *Ne tetigeritis, etc.*, q. d.: Quid ex hæresi et religione angelorum decernitis, his illisve ci-

bus, alii philosophis hæc applicant verba, quæ revera utrisque communia sunt; at sequentia (nimirum sequendum præcepta et doctrinam hominum) indicant ab angelis dirigi, nec enim legalia sunt ad hominibus, sed à Deo instituta.

Ne tetigeritis neque gustetis; hoc ad cibos, vinum aut carnem: NEQUE CONTRACTAVERITIS...; hoc ad mulieres, quas Pythagoristæ, v. g., nunquam tangebant.

VERS. 22. — *Quæ sunt omnia in interitum*. Græc., in corruptionem. Syr., usus sunt corruptibilibus, quasi diceret: Non animadveritis quid sint hæc omnia, et à quibus sint. Hæc ergo despiciat primò in se considerata, sunt in interitum, id est, ipso usu pereunt, esse desiunt, corruptuntur, in finem convertuntur, et in secessum vadunt. Quæ ergo ex hujusmodi corruptibilibus utilitas? Quid necesse est ad scrupulosè doceri? Hæc ad cibos. Secundo despiciat ex parte auctorum; hominum sunt adventiones: omnis autem vera religio à Deo est, nec corruptibilia possunt æternitatem deservire, nisi ex ordinatione Dei.

VERS. 25. — *Quæ sent rationem quidem habentia sapientia*, id est, quæ præcepta aliquam habent quidem speciem sapientiæ.

IN SUPERSTITIONE. Græc., in voluntario cultu, id est, in voluntariâ et arbitrariâ religione, seu superstitione.

ET HUMILITATE. Græc., et submissione animi, scilicet voluntariâ pariter et arbitrariâ, et ab hominibus inventâ.

ET NON AD PARCENDUM CORPORI. Græc., et subductione corporis. Syr., neque parcunt corpori, id est, in austerâ corporis maceratione, cui non indulgent.

NON IN HONORE ALIQUO AD SATURITATEM. Græc., explecionem carnis. Honor, Hebræorum more, est rerum necessarium ad nutritionem et vestitum subministratio, id est, neque nutriunt aut curant corpus ad saturitatem, sed jejuniis affligunt. Itaque hæc præcepta speciem habent sapientiæ, ob superstitiosum cultum, ob fictam humilitatem, ob austeram corporis macerationem, sed quia veritatem non habent, et à Deo non sunt, sed commenta hominum et somnia, hinc à Christiano, veritatis discipulo, despicienda.

his aut creaturis esse abstinendum, dicentes, verbi gratiâ, ne tetigeritis uxorem, ne gustaveritis vinum aut carnem, quia hæc à malis angelis creata sunt, et bonis angelis displicent.

VERS. 22. — *Quæ sunt omnia in interitum ipso usu, etc.*, q. d.: Quæ observantiæ superstitiosius cultus angelorum jam dictæ interitum afferunt et damnationem æternam his qui ea observant, in iisque et in suis angelis, quos ita colunt, sperant, non autem in Christo, ita Ambrosius et Augustinus.

VERS. 25. — *Quæ sunt rationem quidem habentia sapientia in superstitione, etc.* *Rationem*, id est, speciem; q. d.: At sunt superstitiosus, quia abstinuitis et observatis à se coniculis, colunt angelos quasi mediatores, excluso Christo. *In humilitate*, scilicet fictâ et superstitiosâ. *Et non ad parcendum corpori*, id est, imparcentiâ corporis. *Non in honore, etc.*, id est, negato corpori honore, vel subsidio necessario ad famem exsaturandam.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda et ad præxim redigenda.

1° Ex hoc capite discite Christum. In ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis, v. 9, et idè omnis sapientia, scientia, veritas; in quo sunt omnes thesauri, etc., v. 5. Hoc penetra, hincque infer quantâ certitudine debeas et credere, ejusque doctrinæ adherere. Vide v. 9, 10. Caput nostrum est, radix nostra, fundamentum nostrum, via nostra, v. 7, 10. Hinc ei semper et continè inherendum, in eo ambulandum, crescendo. Vide v. 7, 10.

2° Discite christianam circumcissionem, seu bapti-

CAPUT III.

1. Igitur, si consurrexistis cum Christo, que sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens:

2. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

3. Mortui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.

4. Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.

5. Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus:

6. Propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis,

7. In quibus et vos ambulastis aliquando, cum viveretis in illis:

8. Nunc autem deponite et vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.

9. Nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis,

10. Et induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus qui creavit illum:

11. Ubi non est gentilis et Judæus, circumcisio et præputium, barbarus et Scythæ, servus et liber; sed omnia et in omnibus Christus.

12. Induite vos ergo, sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam:

13. Supportantes invicem, et donantes vobismet-ipsis, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut et Dominus donavit vobis, ita et vos.

14. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis:

15. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in quâ et vocati estis in uno corpore; et grati estote.

16. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientiâ: docentes, et commentones vosmet-ipsos, in psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, in gratiâ cantantes in cordibus vestris Deo.

17. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.

sumum et ejus excellentias. Vide v. 11. Per ipsum morimur peccato, et per ipsum à peccato ad gratiæ vitam resurgimus. Vide v. 12. Utrumque de facto perficere; et morere, et vivere, ibidem.

5° Discite mirabiles dominicæ passionis effectus. Lege, relege, mirare magnificam hæc de re Apostoli eloquentiam, v. 14, 15. At in temetipso senti quod in Christo et à Christo pro te factam est; ejusque verò divinâ charitate tactus, ama Christum Redemptorem tuum, et in eo totam tuam spem reponere.

CHAPITRE III.

1. Si donc vous êtes ressuscités avec Jésus-Christ, recherchez ce qui est dans le ciel, où Jésus-Christ est assis à la droite de Dieu.

2. N'ayez de goût que pour les choses du ciel, et non pour celles de la terre;

3. Car vous êtes morts, et votre vie est cachée en Dieu avec Jésus-Christ.

4. Lorsque Jésus-Christ, qui est votre vie, viendra à paraître, vous paraîtrez aussi avec lui dans la gloire.

5. Faites donc mourir les membres de l'homme terrestre qui est en vous, la fornication, l'impureté, les abominations, les mauvais desirs, et l'avarice qui est une idolâtrie;

6. Puisque ce sont ces excès qui font tomber la colère de Dieu sur les enfans de l'incrédulité.

7. Et vous avez vous-mêmes commis autrefois ces actions criminelles, lorsque vous viviez dans ces désordres;

8. Mais maintenant quittez aussi vous-mêmes tous ces péchés : la colère, l'aigreur, la malice, la médisance; que les paroles des hommes soient bannies de votre bouche.

9. N'usez point de mensonge les uns envers les autres; dépouillez le vieil homme avec ses œuvres;

10. Et revêtez-vous de cet homme nouveau, qui, par la connaissance de vérité, se renouvelle selon l'image de celui qui l'a créé.

11. Où il n'y a ni gentil ni Juif, ni circoncis ni incirconcis, ni barbare ni Scythe, ni esclave ni libre; mais où Jésus-Christ est tout en tous.

12. Revêtez-vous donc, comme élus de Dieu, saints et bien-aimés, de tendresse et d'entraînes de miséricorde, de bonté, d'humilité, de modestie, de patience;

13. Vous supportant les uns les autres, chacun remettant à son frère tous les sujets de plainte qu'il pourrait avoir contre lui, et vous entre-pardonnant comme le Seigneur vous a pardonné.

14. Mais surtout revêtez-vous de la charité, qui est le lien de la perfection.

15. Et faites régner dans vos cœurs la paix de Jésus-Christ, à laquelle vous avez été appelés, comme ne faisant tous qu'un corps, et soyez reconnaissans.

16. Que la parole de Jésus-Christ habite en vous avec plénitude, et vous comble de sagesse. Instruisez-vous et exhortez-vous les uns les autres par des psaumes, des hymnes et des cantiques spirituels, chantant de cœur avec édification les louanges du Seigneur.

17. Quoi que vous fassiez ou en parlant ou en agissant, faites tout au nom du Seigneur Jésus-Christ, rendant grâces par lui à Dieu le Père.